Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Liber Machabeorum II

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Symoni patri suo que fecit Cendebeus. Et vo-
cavit Symon duos filios suos senio-
res Iudam et Iohannem et ait illis. Ego et
fratres mei et domus patris mei expugnavi-
mus hostes Israel ab adolescentia usque
in hunc diem: et prosperatum est in manibus no-
stris liberare Israel aliquotiens. Nunc autem
senui, sed estote loco meo et fratris mei: et
egressi pugnate pro gente nostra. Auxi-
lium vero de celo vobiscum sit. Et elegit de
regione XX milia virorum belligerato-
rum et equites: et profecti sunt ad Cendebe-
um et dormierunt in Modin. Et surrexe-
runt mane: et abierunt in campum. Et
ecce exercitus copiosus in obviam illis pe-
ditum et equitum: et fluvius torrens erat
inter medium ipsorum. Et admovit castra contra fa-
ciem ipsorum ipse et populus eius. Et vidit po-
pulum trepidantem ad transfretandum torrentem:
et transfretavit primus. Et viderunt
eum viri: et transierunt post eum. Et divi-
sit populum et equites in medio peditum.
Erat autem exercitus adversariorum copio-
sus nimis. Et exclamaverunt sacris
tubis: et in fugam conversus est Cendebeus et ca-
stra eius. Et ceciderunt ex eis multi
vulnerati: residui autem fugerunt in munitio-
nem. Tunc vulneratus est Iudas frater Iohannis.
Iohannes autem insecutus est eos, donec venit
Cedronem quam edificavit. Et fugerunt
usque ad turres que erant in agris Azoti: et
succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis
duo milia virorum: et reversus est in Iudeam
in pace. Et Ptolomeus filius Abobi con-
stitutus erat dux in campo Iericho: et ha-
bebat argentum et aurum multum. Erat
autem gener summi sacerdotis. Et exaltatum
est cor eius: et volebat obtinere regio-
nem. Et cogitabat dolum adversus Symonem
et filios eius ut tolleret eos. Symon autem
perambulans civitates que erant in regio-
ne Iudee et sollicitudinem gerens earum:
descendit Iericho ipse et Mathathias
filius eius et Iudas anno centesimo LXXVII
mense undecimo: hic mensis Sabath.
Et suscepit eos filius Abobi in muni-
tiuncula que vocatur Doch cum dolo: quam
edificavit. Et fecit eis convivium magnum:
et abscondit illic viros. Et cum inebriatus
esset Symon et filii eius: surrexit Pto-
lomeus cum suis et sumpserunt arma
sua: et intraverunt in convivium: et occiderunt
eum et duos filios eius et quosdam
pueros eius. Et fecit deceptionem ma-
gnam in Israel: et reddidit mala pro bonis.
Et scripsit hec rex Ptolomeus et misit re-
gi ut mitteret ei exercitum in auxilium: et
traderet regionem et civitates eorum et tribu-
ta. Et misit alios in Gazaram tollere
Iohannem. Et tribunis misit epistolas ut
venirent ad se: et daret eis argentum
et aurum et dona. Et alios misit occupa-
re Ierusalem et montem templi. Et precur-
rens quidam nuntiavit Iohanni in Gaza-
ra quia periit pater eius et fratres eius: et quia
misit te quoque interfici. Ut audivit autem
vehementer expavit: et comprehendit vi-
ros qui venerant perdere eum: et occidit
eos. Cognovit enim quia querebant
eum perdere. Et cetera sermonum Iohannis
et bellorum eius et bonarum virtutum quibus
fortiter gessit et edificii murorum quos
extruxit et rerum gestarum eius: ecce hec
scripta sunt in libro dierum sacer-
dotii eius: ex quo factus est prin-
ceps sacerdotum post patrem suum.

Explicit Liber Machabeorum primus.

Incipit liber Machabeorum Secundus.

P Fratribus qui
sunt per egy
ptum iude
is salutem
dicunt fratres
qui sunt in ierusalem
iudei
et qui in regi
one iudee et pacem bonam. Benefaci
at uobis deus et meminerit testamenti sui
quod ad abraham et ysaac et iacob lo
cutus est seruorum suorum fidelium. Et det
uobis cor omnibus ut colatis eum et fa
ciatis eius uoluntatem corde magno
et animo uolenti. Adaperiat cor uestrum in lege
sua et in preceptis suis et faciat pacem.
Exaudiat orationes uestras et reconcilietur
uobis nec uos deserat in tempore malo. Et
nunc hic sumus orantes pro uobis. Deme
trio regnante anno centesimo lxix. Nos iudei
scripsimus uobis in tribulatione et impetu
qui superuenit nobis in istis annis ex
quo recessit iason a sancta terra et a regno.
Portam succenderunt et effuderunt san
guinem innocentem. Et orauimus ad dominum
et exauditi sumus et obtulimus sacrificium
et similaginem et accendimus lucernas et
proposuimus panes. Et nunc frequentate
dies scenophegie mensis casleu. An
no centesimo octogesimo octauo populus qui est in
iudea et ierusalem senatusque et iudas
aristobolo magistro ptolomei regis qui est
de genere christorum sacerdotum et his qui
in egypto sunt iudeis salutem et sanita
tem. De magnis periculis a deo liberati ma
gnifice gratias agimus ipsi utpote qui
aduersus talem regem dimicauimus.
Ipse enim ebullire fecit de perside eos qui
pugnauerunt contra nos et sanctam ciuitatem.

Nam cum in perside esset dux ipse et cum ipso
immensus exercitus cecidit in templo na
nee consilio deceptus sacerdotum nanee. Et
enim cum ea habitaturus uenit ad locum anti
ochus et amici eius et ut acciperet pecunias
multas dotis nomine. Cumque proposuissent
eas sacerdotes nanee et ipse cum paucis
ingressus esset intra ambitum fani clau
serunt templum cum intrasset antiochus.
Aperto que occulto aditu templi mittentes
lapides percusserunt ducem et qui cum eo
erant et diuiserunt membratim et capitibus
amputatis foras proiecerunt. Per omnia benedictus
deus qui tradidit impios. Facturi igitur xxv
die mensis casleu purificationem templi
necessarium duximus significare uobis ut et
uos quoque agatis diem scenophegie et diem
ignis qui datus est quando neemias edifica
to templo et altari obtulit sacrificia.
Nam cum in persidem ducerentur patres nostri sa
cerdotes qui tunc dei cultores erant accep
tum ignem de altari occulte absconderunt
in ualle ubi erat puteus altus et siccus
et in eo contutati sunt eum ita ut omnibus igno
tus esset locus. Cum preterissent autem multi
anni et placuit deo ut mitteretur neemias
a rege persidis nepotes sacerdotum illorum qui
absconderant misit ad requirendum ignem
et sicut narrauerunt nobis non inuenerunt ignem
sed aquam crassam. Et iussit eos haurire et
afferre sibi. Et sacrificia que imposita erant
iussit sacerdos neemias aspergi aqua ipsa et
ligna que erant supposita. Utque hoc factum est
et tempus affuit quo sol refulsit qui prius
erat in nubilo accensus est ignis magnus
ita ut omnes mirarentur. Orationem autem facie
bant sacerdotes omnes dum consumaretur sa
crificium ionatha inchoante ceteris autem re
spondentibus. Et neemie erat oratio huiusmodi

huius modum: Domine deus omnium creator,
terribilis et fortis, iustus et misericors, qui
solus es bonus rex, solus praestans, solus
iustus et omnipotens et aeternus, qui liberas Israel
de omni malo, qui fecisti patres electos
et sanctificasti eos: accipe sacrificium pro univer-
so populo tuo Israel, et custodi partem tuam et sanc-
tifica. Congrega dispersionem nostram, libera
eos qui serviunt gentibus, et contemptos
et abhominatos respice, ut sciant gentes
quia tu es deus noster. Afflige opprimentes nos
et contumeliam facientes in superbia. Con-
stitue populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit
Moyses. Sacerdotes autem psallebant ym-
nos usque quo consumptum esset sacrifi-
cium. Cum autem consumptum fuisset sacrifi-
cium, ex residua aqua Neemias iussit
lapides maiores perfundi. Quod ut factum
est, flamma ex eis accensa est: sed ex lumine
quod refulsit ab altari, consumpta est. Ut
vero manifesta res est, renuntiatum est re-
gi Persarum quod in loco in quo ignem ab-
sconderant hii qui translati fuerant sa-
cerdotes, aqua apparuit, de qua Neemias et qui
cum eo erant purificaverunt sacrificia.
Considerans autem rex, et rem diligenter ex-
aminans, fecit ei templum, ut probaret
quod factum erat. Et cum probasset, sacerdoti-
bus donavit multa bona et alia atque alia munera: et
accipiens manu sua tribuebat eis. Ap-
pellavit autem Neemias hunc locum nephtar,
quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud
plures nephy.

II

Invenitur autem
in descriptionibus Ieremie prophete, quod iussit ac-
cipere ignem eos qui transmigrabant, ut
significatum est, et ut mandavit transmigra-
tis. Et dedit illis legem ne obliviscerentur
praecepta domini, et ut non exerrarent mentibus,
videntes simulacra aurea et argentea
et ornamenta eorum. Et alia huiusmodi dicens,
hortabatur ne legem amoverent a cor-
de suo. Erat autem in ipsa scriptura quomodo
tabernaculum et archam iussit propheta divi-
no responso ad se facto comitari secum, usque
quo exiit in montem in quo Moyses a-
scendit, et vidit dei hereditatem. Et veni-
ens ibi Ieremias invenit locum speluncae,
et tabernaculum et archam et altare incen-
si intulit illuc, et ostium obstruxit.
Et accesserunt quidam simul qui seque-
bantur, ut notarent sibi locum, et non po-
tuerunt invenire. Ut autem cognovit Iere-
mias, culpans illos dixit quod ignotus
erit locus, donec congreget deus congregationem
populi, et propitius fiat. Et tunc dominus osten-
det haec, et apparebit maiestas domini, et nube-
erit, sicut et Moysi manifestabatur. Et
sicut cum Salomon petiit ut locus sancti-
ficaretur magno deo, manifestabat haec.
Et ut sapientiam habens obtulit sacrificium
dedicationis et consummationis templi. Sic
et Moyses orabat ad dominum et descendit
ignis de celo et consumpsit holocaustum.
Et dixit Moyses eo quod non sit manduca-
tum quod erat pro peccato, consumptum est. Si-
militer et Salomon oravit et descendit
ignis de celo et consumpsit holocaustum.
Et octo diebus celebravit dedicationem.
Inferebantur autem in descriptionibus et commen-
tariis Neemie haec eadem; et ut construens
bibliothecam congregavit de regionibus
libros et prophetarum et David et epistolas re-
gum et de donariis. Similiter autem et Iu-
das ea quae deciderant per bellum quod nobis
acciderat, congregavit omnia, et sunt apud nos.
Si ergo desideratis haec, mittite qui per-
ferant vobis. Acturi itaque purificationem
scripsimus vobis. Bene igitur facietis, si e-

gerimus hos dies. Deus autem qui liberavit
populum suum et reddidit hereditatem
omnibus et regnum et sacerdotium et sanc
tificationem sicut promisit in lege. spe
ramus quod cito nostri miserebitur et congre
gabit de sub caelo in locum sanctum. Eripu
it enim nos de magnis periculis et locum
purgavit. De iuda vero machabeo et
de fratribus eius et de templi magni purifi
catione et de arae dedicatione. sed et de
proeliis que pertinent ad antiochum no
bilem et filium eius eupatorem et de il
luminationibus que de caelo facte sunt ad
eos qui pro iudeis fortiter fecerunt ita ut
universam regionem cum pauci essent
vindicarent et barbaram multitudi
nem fugarent et famosissimum toto
orbe templum reciperarent et civitatem
liberarent et leges que abolite erant
restituerentur domino cum omni tranquillitate
propitio facto illis. Item que ab iasone cy
reneo quinque libris comprehensa temptavi
mus nos uno volumine breviare.
Considerantes enim multitudinem librorum
et difficultatem volentibus aggredi nar
rationes historiarum propter multitudinem
rerum curavimus volentibus quidem legere
ut esset animi oblectatio. studiosis
vero ut ~~fac~~ facile possint memorie com
mendare. omnibus autem legentibus utili
tas conferatur. Et nobis quidem ipsis qui
opus hoc breviandi causa suscepimus non fa
cilem laborem immo vero negotium plenum
vigiliarum et sudoris assumpsimus. sicut
hi qui parant convivium et querunt aliorum
voluntati parere. propter multorum gratiam li
benter laborem sustinemus. veritatem quidem
de singulis auctoribus concedentes. ipsi autem
secundum datam formam brevitati studentes.

Sicut enim nove domus
architecto de universa structura curandum
est. ei vero qui pingere curat que apta sunt ad
ornatum exquirenda sunt ita estimandum
est et in nobis. Etenim intellectum colligere et ordina
re sermonem et curiosius partes singulas
quasque inquirere historie congruit auctori.
Brevitatem vero dictionis sectari et execu
tiones rerum vitare breviati concedendum
est. Hinc ergo narrationem incipiemus. de prefa
tione tantum dixisse sufficiat. Stultum etenim
est ante historiam effluere. in ipsa autem
historia succingi.

III

Igitur cum sancta civitas habitaretur omni
pace. leges etiam adhuc optime custodi
rentur propter oniae pontificis pietatem et animos
odio habentes mala. fiebat ut ipsi reges et
principes locum summo honore dignum du
cerent et templum maximis muneribus illu
strarent. ita ut seleucus asie rex de redditibus
suis prestaret omnes sumptus ad ministerium
sacrificiorum pertinentes. Simon autem de tribu
beniamin prepositus templi constitutus conten
debat obsistente sibi principe sacerdotum ini
quum aliquid in civitate moliri. Sed cum
vincere oniam non posset venit ad apollo
nium tharsee filium qui illo tempore erat dux
celesirie et fenicis. et nuntiavit ei pe
cuniis innumerabilibus plenum esse erari
um ierosolimis. et communes copias immen
sas esse que non pertinent ad rationem sacrificiorum.
esse autem possibile sub potestate regis cadere uni
versa. Cumque retulisset apollonius ad regem
de pecuniis que delate erant. ille accitum
heliodorum qui erat super negotia eius mi
sit cum mandatis ut predictam pecuniam
transportaret. Statimque heliodorus iter
aggressus. specie quidem quasi per celesiriam et
fenicem civitates esset peragraturus re autem
vera regis propositum perficere. Sed cum venisset

rosolimam et benigne a summo sacerdote in ciui
tate esset exceptus. narrauit de dato indi
cio pecunie: et cuius rei gratia adesset aperuit.
Interrogabat autem si uere hec ita essent. Tunc sum
mus sacerdos ostendit deposita esse hec ad
uictualia uiduarum et pupillorum. quedam
uero esse hircani tobie uiri ualde eminen
tis. in hiis que detulerat impius simon.
Uniuersa autem talenta argenti. cccc. esse. et
auri. cc. decipi uero eos qui credidissent
loco et templo quod per uniuersum mundum
honoratur. pro sui ueneratione et sanctitate.
impossibile omnino esse. At ille pro hiis
que habebat in mandatis a rege: dicebat
omni genere regi ea esse deferenda. Constituta
autem die: intrabat de hiis heliodorus ordi
naturus. Non modica uero per uniuersam
ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes
autem ante altare cum sacerdotalibus stolis
iactauerunt se. et inuocabant de celo eum
qui de depositis legem posuit ut hiis qui
deposuerant ea salua custodiret. Iam
uero qui uidebat summi sacerdotis uultum:
mente uulnerabatur. Facies enim et color
immutatus: declarabat internum animi dolorem.
Circumfusa enim erat uiro mesticia quedam
et horror corporis: per quem manifestus aspici
entibus dolor cordis eius efficiebatur. Alii
etiam congregati de domibus confluebant pu
blica supplicatione obsecrantes: pro eo
quod in contemptum locus esset uenturus. Accinc
teque mulieres ciliciis pectus per plateas con
fluebant. Sed et uirgines que conclusę erant pro
currebant ad oniam. alie autem ad muros:
quedam uero per fenestras prospiciebant. Uniuer
se autem protendentes manus ad celum: depre
cabantur. Erat enim misera commixte mul
titudinis et magni sacerdotis in agone
constituti expectatio. Et hii quidem inuoca
bant omnipotentem deum. ut credita sibi hiis qui
crediderant cum omni integritate conseruaren
tur. Heliodorus autem quod decreuerat perfici
ebat eodem loco ipse cum satellitibus cir
ca erarium presens. Sed spiritus omnipotentis
dei magnam fecit sue ostensionis eui
dentiam: ita ut omnes qui ausi fue
rant parere ei ruentes dei uirtute in de
solutionem et formidinem conuerterentur.
Apparuit enim illis quidam equus terribi
lem habens sessorem: optimis operimentis ad
ornatus. Isque cum impetu helio
doro priores calces elisit. Qui autem ei
sedebat: uidebatur arma habere aurea.
Alii etiam apparuerunt duo iuuenes uir
tute decori. optimi gloria. speciosique amic
tu. qui circumsteterunt eum: et ex utraque
parte flagellabant sine intermissione mul
tis plagis uerberantes. Subito autem helio
dorus concidit in terram. eumque multa ca
ligine circumfusum rapuerunt: atque
in sella gestatoria positum eiecerunt. Is
qui cum multis cursoribus et satellitibus pre
dictum ingressus est erarium: portabatur
nullo sibi auxilium ferente: manifesta
cognita dei uirtute. Et ille quidem per di
uinam uirtutem iacebat mutus. atque
omni spe et salute priuatus. Hii autem dominum
benedicebant: quia magnificabat locum
suum. Et templum quod paulo ante timore
ac tumultu erat plenum: apparente omnipo
tente domino gaudio et letitia impletum est.
Tunc uero ex amicis heliodori quidam
rogabant confestim oniam. ut inuoca
ret altissimum: et uitam donaret ei qui
in supremo spiritu erat constitutus. Consider
ans autem summus sacerdos. ne forte rex suspi
caretur malitiam aliquam ex iudeis circa
heliodorum consummatam: obtulit pro salute

viri hostiam salutarem. Cumque summus
sacerdos exoraret, iidem iuvenes eisdem ve-
stibus amicti astantes helyodoro dixerunt:
Onye sacerdoti gratias age, nam propter eum
tibi dominus vitam donavit. Tu autem ab eo fla-
gellatus, nuntia omnibus magnalia
dei et potestatem. Et his dictis non comparuerunt.
Heliodorus autem hostia deo oblata et vo-
tis magnis promissis ei qui vivere illi con-
cessit, et onye gratias agens, recepto exer-
citu repedabat ad regem. Testabatur
autem omnibus ea que sub oculis suis viderat
opera magni dei. Cum autem rex interrogasset
heliodorum quis esset aptus adhuc semel
ierusalem mitti, ait: Si quem habes hostem
aut regni tui insidiatorem, mitte illuc,
et flagellatum eum recipies, si tamen eva-
serit, eo quod in loco sit vere dei quedam virtus.
Nam et ipse qui habet in celis habitationem vi-
sitator et adiutor est loci illius, et venien-
tes ad malefaciendum percutit ac perdit. Igitur
de heliodoro et erarii custodia ita se res habet.

IIII

Symon autem predictus pe-
cuniarum et patrie delator male
loquebatur de onya, tamquam ipse helio-
dorum instigasset ad hec, et ipse fuisset ad hec
et ipse fuisset incentor malorum, provisorem-
que civitatis ac defensorem gentis su-
e et emulatorem legis dei audebat in-
sidiatorem regni dicere. Sed cum inimicitie
in tantum procederent ut etiam per quosdam
symonis necessarios homicidia fierent,
considerans onyas periculum contentionis
et apollonium insanire, utpote ducem
celesirie et fenicis, ad augendam mali-
tiam symonis, ad regem se contulit,
non ut civium accusator, sed communem utili-
tatem apud semetipsum universe multitu-
dinis considerans. Videbat enim sine regali

providentia impossibile esse pacem rebus da-
ri, nec symonem posse cessare a stultitia
sua. Sed post seleuci vite excessum, cum
suscepisset regnum antyochus, qui nobilis
appellabatur, ambiebat iason frater onye
summum sacerdotium, adito rege, promittens
ei argenti talenta CCCLX, et ex reditibus
aliis talenta LXXX. Super hec promittebat
et alia CL, si potestati eius concederetur gim-
nasium et ephebiam sibi constituere, et eos
qui in ierusalimis erant antiocenos scribere.
Quod cum rex annuisset et obtinuisset princi-
patum, statim ad gentilem ritum contribu-
les suos transferre cepit. Et amotis
his que humanitatis causa iudeis a regi-
bus fuerant constituta per iohannem patrem
eupolemi, qui apud romanos de amicitia
et societate functus est legatione, legiti-
ma civium iura destituens, prava insti-
tuta sanciebat. Etenim ausus est sub ipsa
arce gimnasium constituere, et optimos quosque
epheborum in lupanaribus ponere. Erat autem
hoc non initium sed incrementum quoddam et pro-
fectus gentilis et alienigene conversationis, propter
impii et non sacerdotis iasonis nefarium et
inauditum scelus, ita ut sacerdotes iam
non circa altaris officia dediti essent, sed contem-
pto templo et sacrificiis neglectis festi-
narent participes fieri palestre et prebitionis
eius iniuste et in exercitiis disci. Et patrios
quidem honores nichil habentes, grecas
glorias optimas arbitrabantur, quarum
gratia periculosa eos contentio habebat, et eorum
instituta emulabantur, ac per omnia his consimi-
les esse cupiebant quos hostes et perem-
tores habuerant. In leges enim divinas
impie agere impune non cedit, sed hec sequens
tempus declarabit. Cum autem quinquennalis agon
tyro celebraretur et rex presens esset, misit

iason facinorosos ab ierosolimis uiros pro-
fanos portantes argenti didragmas ccc
in sacrificiis herculis quas postulauerunt hii qui
asportauerunt ne in sacrificiis erogarentur
quia non oporteret sed in alios sumptus eas de-
putari. Sed hec oblata sunt quidem ab eo
qui miserat in sacrificium herculis propter presentes
autem date sunt in fabricam nauium triremium.
Misso autem in egyptum appollonio ne-
sthei filio propter primates ptolomei filo-
metoris regis. cum cognouisset antiochus
alienum se a negotiis regni effectum propriis
utilitatibus consulens profectus inde ue-
nit ioppen. inde ierosolimam. Et magni-
fice ab iasone et ciuitate susceptus cum fa-
cularum luminibus et laudibus ingressus est
et inde in feniciem exercitum conuertit. Et post tri-
ennii tempus misit iason menelaum supradicti
symonis fratrem portantem pecunias re-
gis et de negotiis necessariis responsa perlatu-
rum. At ille commendatus regi cum magnificasset
faciem potestatis eius in semetipsum retorsit sum-
mum sacerdotium supponens iasoni talen-
ta argenti ccc. Acceptisque a rege manda-
tis uenit nichil quidem dignum habens sa-
cerdotio animos uero crudelis tyranni et fe-
re belue iram gerens. Et iason quidem
qui proprium fratrem captiuauerat ipse deceptus
profugus in ammanitem expulsus est re-
gionem. Menelaus autem principatum qui-
dem obtinuit de pecuniis uero regi pro-
missis nichil agebat cum exactionem fa-
ceret sostratus qui arci erat prepositus.
Nam ad hunc et exactio uectigalium pertine-
bat. Ob quam causam utrique ad regem sunt
euocati et menelaus amotus est a sa-
cerdotio succedente lysimacho fratre suo.
Sostratus autem prelatus est cypriis. Et cum hec
agerentur contigit tharsenses et mallotas

seditionem mouere eo quod antiochi re-
gis concubine dono essent date. Festinanter
itaque rex uenit sedare illos relicto suf-
fecto uno ex comitibus suis andronico.
Ratus ergo autem menelaus se accepisse
se tempus oportunum aurea quedam uasa
e templo furatus donauit andronico
et alia uendiderat tyro et per ciuitates
uicinas. Quod cum certissime cognouisset
onias arguebat eum ipse in loco tu-
to se continens antiochie secus daphnen.
Unde menelaus accedens ad andro-
nicum rogabat ut oniam interficeret.
Qui cum uenisset ad oniam et datis dex-
tris cum iureiurando quamuis esset ei
suspectus suasisset de asilo procedere statim
eum peremit non ueritus iustitiam. Ob
quam causam non solum iudei sed et alie quoque
nationes indignabantur et moleste
ferebant de nece tanti uiri iniusta.
Sed regressum regem de cilicie locis ad-
ierunt iudei apud antiochiam simul
et greci conquerentes de iniqua nece onie.
Contristatus itaque animo antiochus et
flexus ad misericordiam lacrimas fudit recor-
datus defuncti sobrietatem et modestiam.
Accensisque animis andronicum purpura
exutum circumduci per totam ciuitatem iu-
bet et eodem loco quo in oniam impieta-
tem commiserat sacrilegum uita priua-
ri domino illius dignam penam retribuen-
te. Multis autem sacrilegiis in templo
a lisimacho commissis menelai consilio
et diuulgata fama congregata est multi-
tudo aduersus lisimachum multo iam
auro exportato. Turbis autem insurgentibus
et animis ira repletis lysimachus
armatis fere tribus milibus iniquis ma-
nibus uti cepit duce quodam tyranno.

etate pariter et dementia provecto. Sed ut in
tellexerunt conatum lysimachi. alii la
pides. alii fustes validos arripuere. quidam
vero cinerem in lysimachum iecere. Et multi
quidem vulnerati. quidam autem prostrati. omnes
vero in fugam conversi sunt. ipsum etiam sa
crilegum secus erarium interfecerunt.
De his ergo cepit iudicium adversus
menelaum agitari. Et cum venisset rex
tyrum. ad ipsum negotium detulerunt mis
si viri tres a senioribus. Et cum supe
raretur menelaus. promisit ptolomeo
multas pecunias dare ad suadendum
regi. Itaque ptolomeus in quodam atrio
positum quasi refrigerandi gratia regem
adiit. et a sententia deduxit. et mene
laum quidem universe malitie reum
criminibus absolvit. miseros autem qui etiam
si apud scitas causam dixissent. innocen
tes iudicarentur hos morte dampnavit.
Cito ergo iniustam penam dederunt. qui pro
civitate et populo et sacris vasis causam
prosecuti sunt. Quam ob rem tyrii quoque in
dignati erga sepulturam eorum liberalis
simi extiterunt. Menelaus autem propter eorum
qui in potentia erant avaritiam. perma
nebat in potestate. crescens in malitia. et
ad insidias civium.

V

Eodem tempore antiochus secundam profe
ctionem paravit in egyptum. Con
tigit autem per universam ierosolimorum civitatem vi
deri diebus xl. per aera equites discur
rentes. auratas stolas habentes. et ha
stas quasi cohortes armatas. et cursus
equorum per ordinem digestos. et congressiones
fieri comminus. et scutorum motus. et
galeatorum multitudinem gladiis di
strictis. et telorum iactus. et aureorum ar
morum splendorem. omnis quoque generis loricarum.
Quapropter omnes rogabant in bonum mons
tra converti. Sed cum falsus rumor exisset tamquam
vita excessisset antiochus. assumptus ia
son non minus mille viris. repente ag
gressus est civitatem. Et civibus ad murum
convolantibus. ad ultimum comprehensa civi
tate. menelaus fugit in arcem. Iason
vero non parcebat in cede civibus suis. nec
cogitabat prosperitatem adversus cogna
tos. malum esse maximum arbitrans ho
stium et non civium sese trophea capturus.
Et principatum quidem non obtinuit. finem
vero insidiarum suarum confusionem cepit. et pro
fugus iterum abiit in ammanitem. Ad ul
timum in exitium sui conclusus ab areta arabum
tyranno fugiens de civitate in civitatem
omnibus odiosus. ut refuga legum et ex
ecrabilis ut patrie et civium hostis. in egyp
tum extrusus est. Et qui multos de patria
sua expulerat. peregre periit. et lacedemo
nas profectus. quasi pro cognatione ibi
refugium habiturus. Et qui insepultos
abiecerat multos. ipse et illamentatus
et insepultus abicitur. sepultura ne
que peregrina usus. neque patrio sepulchro par
ticipans. His ita gestis suspicatus
est rex societatem deserturos iudeos. et ob
hoc profectus ex egypto efferatis ani
mis civitatem quidem armis cepit. Iussit
autem militibus interficere nec parcere occursantibus.
et per domos ascendentes trucidare. Fie
bant ergo cedes iuvenum ac seniorum.
mulierum et natorum exterminia. virgin
umque et parvulorum neces. Erant autem toto tri
duo. lxxx. milia interfecti. xl. milia vin
cti. non minus autem venundati. Sed nec ista
sufficiunt. Ausus est etiam intrare templum
universa terra sanctius. menelao ductore
qui legum et patrie fuit proditor. Et scelestis

manibus sumens sancta vasa que ab aliis re-
gibus et civitatibus erant posita ad orna-
tum loci et gloriam contrectabat indigne
et contaminabat. Ita alienatus mente an-
tiochus non considerabat quod propter peccata habitan-
tium civitatem modicum deus fuerat
iratus: propter quod et accidit circa locum de-
spectio. Alioquin nisi contigisset eos multis
peccatis esse involutos: sicut heliodorus
qui missus est a seleuco rege ad expoli-
andum erarium etiam hic statim adveniens
flagellatus et repulsus utique fuisset ab
audacia. Verum non propter locum gentem: sed propter
gentem locum deus elegit. Ideoque et ipse lo-
cus particeps factus est populi malorum postea
autem fiet socius et bonorum. Et qui derelictus
est in ira dei omnipotentis: iterum in magna
domini reconciliatione cum summa gloria
exaltabitur. Igitur antiochus mille et octin-
gentis ablatis de templo talentis.
velociter antiochiam regressus est existi-
mans se per superbia terram ad naviga-
dum. pelagus vero ad iter agendum deduc-
turum propter mentis elationem. Reliquit
autem et prepositos ad affligendam gentem.
Ierosolimis quidem philippum genere frigi-
em. moribus crudeliorem eo ipso a quo
constitutus est. In garizim autem andronicum
et menelaum. qui gravius quam ceteri
imminebant civibus. Cumque appositus esset
contra iudeos: misit odiosum principem appol-
lonium cum exercitu .xx. et duobus milibus.
precipiens ei omnes perfecte etatis interficere:
mulieres ac iuvenes vendere. Qui cum
venisset ierosolimam pacem simulans: quievit
usque ad sanctum diem sabbati. Et tunc feriatis
iudeis arma capere suis precepit. omnes-
que simul qui ad spectaculum processerant
trucidavit: et civitatem cum armatis dis-
currens: ingentem multitudinem peremit.
Iudas autem machabeus qui decimus fuerat
secesserat in desertum locum: ibique inter
feras vitam in montibus cum suis agebat.
Et feni cibo vescentes demorabantur
ne participes essent coinquinationis.

Sed non post multum temporis VI
misit rex senem quendam an-
tiochenum qui compelleret iudeos ut se trans-
ferrent a patriis et dei legibus contamina-
re etiam quod in ierosolimis erat templum
et cognominare iovis olimpii: et in
garizim prout erant hii qui locum inhabi-
tabant iovis hospitalis. Pessima autem
et universis gravis malorum erat incursio.
Nam templum luxuria et comessationibus
erat plenum et scortantium cum meretricibus
sacratisque edibus mulieres se ultro
ingerebant intro ferentes ea que non licebat.
Altare etiam plenum erat illicitis que le-
gibus prohibebantur. Neque enim sabbata custo-
diebantur. neque dies sollempnes patrii
servabantur: nec simpliciter se quisquam iudeum
confitebatur. Ducebantur autem cum amara ne-
cessitate in die natalis regis ad sacrificia.
Et cum liberi sacra celebrarentur: cogebantur
hedera coronati libero circuire. Decre-
tum autem exiit in proximas gentilium civita-
tes suggerentibus ptolomeis ut pari
modo et ipsi adversum iudeos age-
rent. ut sacrificarent: eos autem qui nollent
transire ad instituta gentilium interficerent.
Erat ergo videre miseriam. Due enim mulieres
delate sunt natos suos circumcidisse: quas
infantibus ad ubera suspensis. cum publi-
ce per civitatem circumduxissent: per mu-
ros precipitaverunt. Alii vero ad proximas
convenientes speluncas. et latenter sabba-
ti diem celebrantes. cum indicati essent

philippo. flammis succensi sunt: eo quod verebantur
tur propter religionem et observantiam ma-
nu sibimet auxilium ferre. Obsecro
autem eos qui hunc librum lecturi sunt ne
abhorrescant propter adversos casus: sed
reputent ea que acciderunt non ad interitum
sed ad correptionem generis esse nostri. Etenim
multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia
sed statim ultiones adhibere: magni
beneficii est inditium. Non enim sicut in
aliis nationibus dominus patienter expectat
ut eas cum iudicii dies advenerit
in plenitudine peccatorum puniat: ita et in
nobis statuit: ut peccatis nostris in finem de-
volutis: ita demum in nobis vindicet.
Propter quod numquam quidem a nobis misericordiam su-
am amovet: corripiens vero in adversis
populum suum non derelinquit. Sed hec a nobis ad
commonitionem legentium dicta sint paucis.
Iam autem veniendum est ad narrationem.
Igitur eleazarus unus de primoribus
scribarum vir etate provectus et vultu
decorus: aperto ore hians compellebatur
carnem porcinam manducare. At ille
gloriosam mortem magis quam odibilem
vitam complectens: voluntarie preibat
ad supplicium. Intuens autem quemadmodum
oporteret accedere: patienter sustinens
destinavit non admittere illicita propter
vite amorem. Hii autem qui astabant:
iniqua miseratione commoti: propter antiquam
viri amicitiam tollentes eum secreto
rogabant afferri carnes quibus vesci
ei licebat: ut simularetur manducasse
sicut rex imperaverat de sacrificii car-
nibus: ut hoc facto a morte liberaretur. Et
propter veterem viri amicitiam hanc in eo
faciebant humanitatem. At ille cogitare
cepit etatis ac senectutis sue eminen-
tiam dignam: et ingenite nobilitatis ca-
niciem: atque a puero optime conversationis
et secundum sanctam et a deo conditam legis constituta: re-
spondit cito dicens premitti se velle in
infernum. Non enim etati nostre dignum est inquit
fingere: ut multi adolescentes arbitrantes
eleazarum .xc. annorum transisse ad vi-
tam alienigenarum: et ipsi propter meam simu-
lationem et propter modicum corruptibilis vite
tempus decipiantur: et per hoc maculam
atque execrationem mee senectuti conqui-
ram. Nam et si in presenti tempore suppliciis
hominum eripiar: sed manum omnipotentis neque
vivens neque defunctus effugiam. Quam-
obrem fortiter vita excedendo: senectute
quidem dignus apparebo. adolescentibus autem
exemplum forte relinquam: si prompto animo
ac fortiter pro gravissimis et sanctissimis le-
gibus honesta morte perfungar. His
dictis confestim ad supplicium trahebatur.
Hii autem qui eum ducebant: et paulo ante
fuerant mitiores in iram versi sunt propter ser-
mones ab eo dictos: quos illi per arrogan-
tiam prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis
perimeretur: ingemuit et dixit. Domine qui habes
sanctam scientiam manifeste tu scis quia cum a
morte possem liberari duros corporis sus-
tineo labores. secundum animam vero propter timo-
rem tuum libenter hec patior. Et iste quidem
hoc modo vita decessit: non solum iuvenibus sed et
universe genti memoriam mortis sue ad
exemplum virtutis et fortitudinis derelinquens.

VII

Contigit autem et vii. fratres cum
matre apprehensos compelli a rege
contra fas ad carnes porcinas: flagris et
taureis cruciatos. Unus autem ex illis qui
erat primus: sic ait. Quid queris et quid
vis discere a nobis? Parati sumus mori magis
quam patrias dei leges prevaricari. Iratus itaque

rex iussit sartagines et ollas eneas suc
cendi. Quibus statim succensis iussit
ei qui prior fuerat locutus amputari
linguam et cute capitis abstracta. sum
mas quoque manus eius et pedes prescidi, ce
teris eius fratribus et matre inspicientibus.
Et cum iam per omnia inutilis factus esset, iussit
igne admoveri. et adhuc spirantem tor
reri in sartagine. In qua cum diu crucia
retur, ceteri una cum matre invicem se hor
tabantur mori fortiter. dicentes. Dominus deus
aspiciet veritatem. et consolabitur in nobis.
quemadmodum protestatione cantici declaravit
moyses. et in servis suis deus consolabitur.
Mortuo itaque primo illo hoc modo sequentem
ducebant ad illudendum. Et cute capi
tis eius cum capillis detracta. interroga
bant si manducaret vellet, priusquam to
to corpore per membra singula puniretur. At
ille respondens patria voce dixit. Non faciam.
Propter quod et iste sequenti loco primi tormenta
suscepit. Et in ultimo spiritu constitutus sic
ait. Tu quidem scelestissime in presenti vi
ta nos perdis. sed rex mundi defunctos
nos pro suis legibus in eterne vite resur
rectione suscitabit. Post hunc tertius illu
ditur. Et linguam postulatus cito protu
lit et manus constanter extendit. Et cum fi
ducia ait. e celo ista possideo. sed propter dei
leges nunc hec ipsa despicio. quoniam ab ipso
me ea recepturum spero. ita ut rex et qui cum
eo erant mirarentur adolescentis animum
quod tamquam nichilum duceret cruciatus. Et hoc
ita defuncto quartum similiter vexabant tor
quentes. Et cum iam esset ad mortem sic ait.
Potius est ab hominibus morti datos spem
expectare a deo. iterum ab ipso resuscitandos.
Tibi enim resurrectio ad vitam non erit. Et cum
admovissent quintum vexabant eum. At ille

respiciens in eum dixit. Potestatem inter homines habens
cum sis corruptibilis facis quod vis. Noli autem
putare genus nostrum a deo esse derelictum.
Patienter sustine et videbis magnam po
testatem ipsius qualiter te et semen tuum torquebit.
Post hunc ducebant et sextum. Et is mori
incipiens sic ait. Noli frustra errare. Nos
enim propter nosmetipsos hec patimur peccan
tes in deum nostrum et digna admiratione
facta sunt in nobis. Tu autem ne existimes tibi im
pune futurum, quod contra deum pugnare tempta
veris. Supra modum autem mater mirabilis et bo
norum memoria digna que pereuntes sep
tem filios sub unius diei tempore conspiciens
bono animo ferebat propter spem quam in deum
habebat singulos illorum hortabatur patria
voce fortiter repleta sapientia et femineae
cogitationi masculinum animum inserens dixit
ad eos. Nescio qualiter in utero meo appa
ruistis. Neque enim ego spiritum et animam dona
vi vobis et vitam. et singulorum membra non
ego ipsa compegi. Sed enim mundi creator
qui formavit hominis nativitatem quique
omnium invenit originem et spiritum vobis iterum
cum misericordia reddet et vitam. sicut nunc vos
metipsos despicitis propter leges eius. An
tiochus autem contemni se arbitratus si
mul et exprobrantis voce despecta cum
adhuc adolescentior superesset. non solum
verbis hortabatur sed et cum iuramento
affirmabat ditare se et beatum facturum
et translatum a patriis legibus amicum
habiturum et res necessarias prebiturum. Sed ad
ista cum adolescens nequaquam inclinaretur.
vocavit rex matrem et suadebat ei ut
adolescenti fieret in salutem. Cum autem mul
tis eam verbis esset hortatus promisit se
suasuram filio suo. Itaque inclinata
ad illum irridens crudelem tyrannum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ait patria voce. Fili mi miserere mei que te
in utero .x. menses portavi. et lac triennio
dedi et alui. et in etatem istam duxi. Peto a
te nate aspicias ad celum. et terram. et ad
omnia que in eis sunt. et intelligas quia ex nichilo
fecit illa deus et hominum genus. ita fiet ut
non timeas carnificem istum. sed dignus fratribus
tuis effectus suscipe mortem. ut in illa mi
seratione cum fratribus tuis te recipiam.
Cum hec illa adhuc diceret. ait adolescens.
Quem sustinetis? Non obedio precepto
regis. sed precepto legis que data est nobis per
moysen. Tu vero qui inventor omnis ma
licie es factus in hebreos. non effugies ma
num dei. Nos enim pro peccatis nostris hec pati
mur. Et si nobis propter increpationem et cor
reptionem dominus deus noster modicum iratus est.
sed iterum reconciliabitur servis suis. Tu autem
o scelerate. et omnium hominum flagitiosissime.
noli frustra extolli vanis spebus. in ser
vos eius inflammatus. Nondum enim omnipote
ntis dei et omnia inspicientis iudicium effugisti.
Nam fratres mei modico nunc dolore su
stentato. sub testamento eterne vite effe
cti sunt. Tu vero iudicio dei iustas superbie
tue penas solves. Ego autem sicut et fratres
mei animam et corpus meum trado pro pa
triis legibus. invocans deum maturius
genti nostre propitium fieri. teque cum tormen
tis et verberibus confiteri quod ipse est deus solus. In
me vero et in fratribus meis desinet omnipotentis
ira. que super omne genus nostrum iuste super
ducta est. Tunc rex accensus ira in hunc
super omnes crudelius deseuit indigne fe
rens derisum se. Et hic itaque mundus
obiit. per omnia in domino confidens. Novissi
me autem et mater consumpta est. Igitur
de sacrificiis et de nimiis crudelita
tibus satis dictum est. VIII

Iudas vero machabeus et qui cum illo erant
introibant latenter in castella. Et convocan
tes cognatos et eos qui manserant in iuda
ismo assumentes. conduxerunt ad se sex mi
lia virorum. Et invocabant dominum ut aspice
ret in populum qui ab omnibus calcabatur.
misereretur templo quod contaminabatur ab im
piis. misereretur etiam exterminio civitatis.
que esset illico complananda. et vocem sanguinis
ad se clamantis audiret. memoraretur
quoque iniquissimas mortes innocentium par
vulorum. et blasphemias nomini suo illatas.
et indignaretur super hiis. At machabeus
congregata multitudine. intollerabilis ge
ntibus efficiebatur. Ira enim domini in misericordiam
conversa est. Et superveniens castellis et civitatibus
improvisus. succendebat eas. et oportuna
loca occupans. non paucas hostium strages
dabat. Maxime autem noctibus ad huiuscemo
di excursus ferebatur. et fama virtutis eius
ubique diffundebatur. Videns autem philippus
paulatim virum ad profectum venire. ac
frequentius res ei prospere cedere. ad ptolome
um ducem celesirie et fenicis scripsit.
ut auxilium ferret regis negociis. At
ille velociter misit nicanorem patrocli de
primoribus amicum. datis eidem permixtis
gentibus armatis non minus .xx. milibus
ut universum iudeorum genus deleret. ad
iuncto ei gorgia viro militari. et bel
licis rebus experientissimo. Constituit
autem nicanor regi ut tributum romanis
quod erat dandum. duo milia talentorum
de captivitate iudeorum suppleret. Statim
que ad maritimas civitates misit con
vocans ad coemptionem iudaicorum manci
piorum. promittens se .xc. mancipia ta
lento distracturum. non respiciens ad vin
dictam que eum ab omnipotente esset consecutura.

Judas autem ubi comperit, indicavit his qui
secum erant iudeis nicanoris adventum.
De quibus quidam formidantes et non creden-
tes dei iustitie in fugam vertebant. Alii
vero siquid eis superat vendebant. simul-
que dominum deprecabantur ut eriperet eos ab
impio nicanore. qui eos priusquam com-
minus veniret vendiderat. et si non propter
eos. saltem propter testamentum quod erat ad patres
eorum. et propter invocationem sancti et magnifi-
ci nominis eius super eos. Convocatis autem
machabeus .vii. milibus qui cum ipso erant.
rogabat ne hostibus reconciliarentur neque
metuerent inique venientium adversum se
hostium multitudinem. sed fortiter contenderent
ante oculos habentes contumeliam que in locum
sanctum ab his iniuste esset illata. Itemque et
ludibrio habite civitatis iniuriam. ad-
huc etiam veterum instituta convulsa. Nam
illi quidem armis confidunt ait simul et au-
dacia. nos autem in omnipotenti domino qui potest
et venientes adversus nos et universum mun-
dum uno nutu delere confidimus. Ad-
monuit autem eos et de auxiliis dei que facta
sunt erga parentes et quod sub sennacherib
clxxxv. milia perierunt. et de prelio quod ei
adversus galatas fuit in babilonia. ut
omnes ubi ad rem ventum est macedo-
nibus sociis hesitantibus. ipsi .vi. milia
soli peremerunt .c.xx. milia propter auxilium
illis datum e celo. et beneficia pro his plu-
rima consecuti sunt. His verbis constantes
effecti sunt, et pro legibus et patria mori pa-
rati sunt. Constituit itaque fratres suos
duces utrique ordini. symonem et iosephum
et ionathan. subiectis unicuique millenis
et quingentenis. Ad hec etiam ab esdra lecto
sancto libro et dato signo adiutorii dei. in
prima acie ipse dux commisit cum nicanore.

Et facto sibi adiutore omnipotente. interfe-
cerunt super novem milia hominum. maiorem
autem partem exercitus nicanoris vulneribus
debilem factam fugere compulerunt. Pe-
cuniis vero eorum qui ad emptionem ipsorum
venerant sublatis, ipsos usquequaque perse-
cuti sunt. Sed reversi sunt ora conclusi. nam
erat ante sabbatum. Quam ob causam non persecu-
ti sunt insequentes. Arma autem et spolia ipsorum
congregantes. sabbatum agentes benedicebant
dominum. qui liberavit eos in ista die miseri-
cordie initium stillans in eos. Post sab-
batum vero debilibus et orphanis et viduis
diviserunt spolia. et residua ipsi cum su-
is habuerunt. His ita gestis et communi ab
omnibus facta obsecratione. misericordem do-
minum postulabant ut in finem servis suis re-
conciliaretur. Et ex his qui cum thimo-
theo et bachide erant contra se contendentes
super .xx. milia interfecerunt. et munitio-
nes excelsas obtinuerunt. Et plures
predas diviserunt. equam portionem de-
bilibus pupillis et viduis. et senioribus fa-
cientes. Et cum arma eorum collegissent
diligenter omnia composuerunt in locis
oportunis. Residua vero spolia ierusa-
lem detulerunt. Et philarcen qui
cum thymotheo erat interfecerunt. virum
scelestum. qui in multis iudeos affligebat.
Et cum epinicia agerent in ie-
rusalem. eos qui sacras ianuas incen-
derant id est calistenen. cum in quoddam do-
micilium refugisset incenderunt. digna
ei mercede pro impietatibus suis reddita. eis
Facinorosissimus autem nicanor qui mille
negotiatores ad iudeorum venditionem
adduxerat. humiliatus auxilio domini
ab his quos nullos existimaverat.
deposita veste glorie per mediterranea fu-

gens solus venit antyochiam· sumā
i securitate de metu sui exercitus ꝯsecut᷑
Et qui ꝑmiserat romanis se tributū
restitue᷑ de captiuitate ir'limor pdi
cabat nunc ꝓtectorē dn̄i hr̄e iudeos·
ꝗ ob ipm inuulnerabiles ee' eo qd se
quent᷑ leges ab ipo institutas. IX
Eodem tpr̄ antyochus ī honeste
reuertebat᷑ de psidē· Intrauerat
eī eam que dr̄ ꝑsipolis· ꝗ temptauit
spoliare templa ꝗ ciuitatē opp̄me᷑· s;
multitudine ad arma ꝯcurrēte· in
fugam uersi sunt· Et ita ꝯtigit· ut an
thiochus post fugam t̄pit᷑ rediret.
Et cum uenisset circa ecbatana· reco
gnouit q̄ erga nicanore ꝗ thimothi
um gesta s. Elatus aū̄ ira· arbit
bat᷑ se iniuriam illoꝝ qui se fugaue
rant· posse ī iudeos retorque᷑· Ideoq;
iussit agitari currū suū sine intermissione
agens iter· celesti eum iudicio ꝑurgē
tem· qd' ita sup̄be locutus ē uentur;
se ier'lma· ꝗ ꝯgeriem sepulch' iudeoꝝ
eam facturū· S; qui uniusa ꝯspicit
dn̄s ds̄ isr'l· ꝑcussit eum ī sanabili
ꝗ inuisibili plaga· Ut eī finiuit hc̄ ip̄s
sermonē· apphendit eum dolor dir'
uiscerū ꝗ amara iternoꝝ tormēta·
Et quidē satis iuste quippe q̄ multis
ꝗ nouis cruciatibz alioꝝ torserat
uiscā· licet ille nullo modo a sua ma
litia cessaret· Sup̄ h aū̄ sup̄bia re
pletus· ignem spirans animo in
iudeos· ꝗ ꝑcipiens accelerare nego
tiū ꝯtigit illū impetu euntē de cur
ru cadē· ꝗ graui corpis collisione m̄
bra uexari· Is q̄ q̄ui sibi uidebatur
etiā fluctibz maris impare· sup̄ hu
manū modū sup̄bia replec᷑ ꝗ mō

tium altitudines ī statera appendē· nūc
humiliatus ad t̄ram ī gestatorio porta
batur· manifesta dīuitute ī semetipo
ꝯtestans· ita ut de corpē impii uermes
scaturirent· ac uiuentes ī doloribz car
nes eius effluerent odore etiā illius et
fetore exercitus grauaret᷑· Et q̄ paulo
ante sydā celi ꝯtinge᷑ se arbitrabatur·
eum nemo ꝑ potat ꝓp intolerantiā
fetoris portare· Hinc igr̄ cep̄ ex grā
sup̄bia deductus ad agnitionē sui ue
nire diuina admonitus plaga· ꝑ mo
menta singl'a doloribz suis augmēta
capientibz· Et cū nec ip̄e iam fetorem
suū ferre posset· ita ait· Iustum ē subdi
tum ee' do· ꝗ mortalem n̄ paria do se
tire· Orabat aū̄ scelestus dn̄m· a quo
n̄ eēt miam ꝯsecuturꝰ· Et ciuitatē ad
q̄m festinans ueniebat· ut eam ad so
lum deduceret ac sepulchr̄ ꝯgestoꝝ fa
ceret· nūc optat liberam reddē· Et iudeos
quos nec sepultura quidē se dignos
habituꝝ s; auibz ꝗ feris diripiendos t̄
diturū· ꝗ cū paruul' exterminaturū dix
erat· equales nūc atheniensibz factū
pollicetur· templū etiā scm̄ qd' prius
expoliauerat optimis donis ornatu
rū· ꝗ sc̄a uasa multiplicaturū· ꝗ ꝑti
nentes ad sacrificia sumpt' de redditib'
suis p̄statuꝝ· sup̄ h ꝗ iudeū futurū
ꝗ omne locū t̄re ꝑambulaturū ꝗ p̄dica
turū di p̄tatē· S; n̄ cessantibz doloribz
superuenerat eī ī eū iustū di iudiciū despe
rans· scripsit ad iudeos ī modū depca
tionis epl'am h ꝯtinentē· Optimis
ciuibz iudeis plimam salutē ꝗ bene
ualere ꝗ ee' felices· rex ꝗ princeps anti
ochus· Si bn̄ ualetis ꝗ filii ur̄i· ꝗ ex se
tentia uob cūcta s· maximas agim'

gratias. Et ego in infirmitate constitutus vestri
autem benigne memor. Reversus de persidis
locis et infirmitate gravi apprehensus ne-
cessarium duxi pro communi utilitate curam
habere: non desperans memetipsum, sed spem multam
habens effugiendi infirmitatem. Respiciens
autem quod et pater meus quibus temporibus in locis su-
perioribus ducebat exercitum ostendit qui post
se susciperet principatum: ut si quid contrarium
accideret, aut difficile nuntiaretur, scientes
hi qui in regionibus erant, cui esset rerum
summa derelicta, non turbarentur. Ad hec conside-
rans de proximo potentes quosque et vi-
cinos temporibus insidiantes et eventum
expectantes, designavi filium meum An-
tiochum regem, quem sepe recurrens in
superiora regna multis vestrum commendabam:
et scripsi ad eum que subiecta sunt. Oro itaque
vos et peto memores beneficiorum publi-
ce et privatim, ut unusquisque conservet fidem
ad me et ad filium meum. Confido enim eum
modeste et humane acturum, et sequentem
propositum meum, communem vobis fore. Igitur
homicida et blasphemus pessime percussus,
et ut ipse alios tractaverat, peregre in mon-
tibus miserabili obitu vita functus
est. Transferebat autem corpus philippus
collactaneus eius. Qui metuens filium
antiochi, ad ptolomeum philometorem
in egyptum abiit.

X

Machabeus autem et qui cum illo
erant, domino se protegente, tem-
plum quidem et civitatem recepit. Aras
autem quas alienigene per plateas struxe-
rant, itemque delubra demolitus est.
Et purgato templo, aliud altare fecerunt.
Et de ignitis lapidibus igne concepto
obtulerunt sacrificia post biennium, et
incensum, et lucernas, et panes propositionis

posuerunt. Quibus gestis, rogabant
dominum prostrati in terram, ne amplius tal-
ibus malis inciderent: sed et si quando peccassent, ut
ab ipso mitius corriperentur, et non bar-
baris ac blasphemis hominibus trade-
rentur. Qua die autem ab alienigenis tem-
plum pollutum fuerat, contigit eadem
die purgationem fieri, vicesima et quinta
mensis qui est casleu. Et cum leticia
diebus octo egerunt sollempnitatem in
modum tabernaculorum, recordantes
quod ante modicum temporis diem sollempnem
tabernaculorum in montibus more bestia-
rum egerant. Propter quod et tyrsos et ramos
virides et palmas preferebant ei qui pro-
speravit mundari locum suum. Et decreve-
runt communi precepto et decreto univer-
se genti iudeorum omnibus annis agere
dies istos. Et antiochi quidem qui ap-
pellatus est nobilis vite excessus ita
se habuit. Nunc autem de eupatore anti-
ochi filio impii que gesta sunt narra-
bimus, breviantes mala que in bellis ge-
sta sunt. Hic enim suscepto regno con-
stituit super negotia regni lisiam quen-
dam fenicis et syrie militie principem.
Nam ptolomeus qui dicebatur macer
iusti tenax erga iudeos esse instituit,
et precipue propter iniquitatem que facta erat in
eos, et pacifice agere cum eis. Sed ob hoc
accusatus ab amicis apud eupatorem,
cum frequenter proditor audiret, eo quod cy-
prum creditam sibi a filometore dese-
ad ruisset, et ad antiochum nobilem translatus
etiam ab eo recessisset, veneno vitam fi-
nivit. Gorgias autem cum esset dux locorum,
assumptis advenis frequenter iudeos
debellabat. Iudei vero qui tenebant op-
tunas munitiones fugatos ab te-

rosolimis suscipiebant et bellare temptabant. Hii vero qui erant cum machabeo per orationes dominum rogantes ut esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones ydumeorum. Multaque vi insistentes loca obtinuerunt, et occurrentes interemerunt, et omnes simul non minus a xx. millibus trucidaverunt. Quidam autem cum confugissent in duas turres valde munitas omnem apparatum ad repugnandum habentes, machabeus ad eorum expugnationem relicto Symone et Iosepho itemque Zacheo eisque qui cum ipsis erant satis multis, ipse ad eas que amplius perurgebant pugnas conversus est. Hii vero qui cum Symone erant cupiditate ducti a quibusdam qui in turribus erant suasi sunt pecunia, et lxx. milibus didragmis acceptis dimiserunt quosdam effugere. Cum autem machabeo nuntiatum esset quod factum est, congregatis principibus populi accusavit quod pecunia fratres vendidissent adversariis eorum dimissis. Hos igitur proditores factos interfecit et confestim duas turres occupavit. Armis autem ac manibus omnia prospere agendo, in duabus munitionibus plus quam xx. milia peremit. Tymotheus qui prius a iudeis fuerat superatus, convocato exercitu peregrine multitudinis et congregato equitatu asiano advenit quasi armis iudeam capturus. Machabeus autem et qui cum ipso erant appropinquante illo deprecabantur dominum, caput terra aspergentes, lumbosque ciliciis precincti, ad altaris crepidinem provoluti, ut sibi propitius, inimicis autem eorum esset inimicus, et adversariis adversaretur, sicut lex dicit. Et ita post orationem sumptis armis longius de civitate procedentes, et proximi hostibus effecti resederunt. Primo autem solis ortu utrique commiserunt: isti quidem victorie et prosperitatis sponsorem cum virtute dominum habentes, illi autem ducem belli animum habebant. Sed cum vehemens pugna esset, apparuerunt adversariis de celo viri v. in equis frenis aureis decori, ducatum iudeis prestantes, ex quibus duo machabeum medium habentes armis suis circumseptum incolumem conservabant, in adversarios autem tela et fulmina iaciebant, ex quo et cecitate confusi et repleti perturbatione cadebant. Interfecti sunt autem xx. milia d. et equites dc. Tymotheus autem confugit in Gazare presidium munitum cui preerat Chereas. Machabeus autem et qui cum eo erant letantes obsederunt presidium diebus iiii. At hii qui in turre erant loci firmitate confisi supra modum maledicebant, et sermones nefandos iactabant. Sed cum dies quinta illucesceret, xx. iuvenes ex his qui cum machabeo erant accensi animis propter blasphemias viriliter accesserunt ad murum, et feroci animo incedentes ascendebant. Sed et alii similiter ascendentes turres portasque succendere aggressi sunt, atque ipsos maledicos vivos concremare. Per continuum autem biduum presidio vastato Tymotheum occultantem se in quodam reperto loco peremerunt, et fratrem eius Ceream et Apollofanem occiderunt. Quibus gestis in ympnis et confessionibus benedicebant dominum, qui magna fecit in israel et victoriam illis dedit.

XI

Sed parvo post tempore Lisias procurator regis et propinquus ac negotiorum prepositus, graviter ferens de his que acciderant, congregatis lxxx. milibus et equitatu universo veniebat adversus

iudeos · existimans se civitatem quidem
quidem captam gentibus habitaculum factu-
rum templum vero in pecunie questum · sicut cetera
delubra gentium habiturum · et per singulos an-
nos venale sacerdotium · nusquam recogitans
dei potestatem · sed mente effrenatus in mul-
titudine peditum · et in milibus equitum · et in
octoginta elefantis confidebat · Ingres-
sus autem iudeam · et adpropians bethsure
que erat in angusto loco ab ierusalem
intervallo · v · stadiorum · illud presi- dium
expugnabat · Ut autem machabeus et qui
cum eo erant cognoverunt expugnari presi-
dia · cum fletu et lacrimis rogabant dominum
et omnis turba simul ut bonum angelum
mitteret ad salutem israel · Et ipse primus ma-
chabeus sumptis armis ceteros adhor-
tatus est · simul secum periculum subire
et ferre auxilium fratribus suis · Cumque pariter
prompto animo procederent ierosolimis appa-
ruit precedens equester eos in veste candi-
da · armis aureis · hastam vibrans.
Tunc omnes simul benedixerunt misericor-
dem dominum · et convaluerunt animis non solum homines
sed et bestias ferocissimas · sed et muros fer-
reos parati penetrare · Ibant igitur prompti de
celo habentes adiutorem · et miserantem super eos
dominum · Leonum autem more impetu irruentes
hostibus · prostraverunt ex eis · xi · milia pedi-
tum · et equites mille · dc · universos autem
in fugam verterunt · plurimi autem ex eis vul-
nerati nudi evaserunt · Sed et ipse lisias
turpiter fugiens evasit · Et quia non insensatus
erat secum ipse reputans factam erga se
diminutionem · et intelligens invictos esse
hebreos dei omnipotentis auxilio innitentes
misit ad eos · promisitque consensurum se omni-
bus que iusta sunt · et regem compulsurum amicum
fieri · Annuit autem machabeus precibus lisie in
omnibus utilitati consulens · Et quecumque
machabeus scripsit lisie de iudeis lisi-
ea rex concessit · Nam erant scripte
iudeis epistole a lisia quidem hunc modum
continentes · Lisias populo iudeorum salu-
tem · Iohannes et abessalom qui missi fuerant
a vobis tradentes scripta postulabant
ut ea que per illos significabantur implerem.
Quecumque igitur regi potuerunt deferri
exposui · et que res permittebat concessit.
Si igitur in negotiis fidem conservaveritis
etiam deinceps honorum vobis causa esse temp-
tabo · De ceteris autem per singula verbo man-
davi · et istis et his qui a me missi sunt
eos loqui vobiscum · Bene valete · Anno c-
xl octavo dyoscori die mensis · xx · et
quarta · Regis autem epistola ista continebat.
Rex antiochus lisie fratri salutem · Pa-
tre nostro inter deos translato · nos volentes
eos qui sunt in regno nostro sine tumultu
agere · et rebus suis adhibere diligentiam
audivimus iudeos non consensisse patri
ut transferrentur ad ritum grecorum · sed
tenere velle suum institutum · ac propterea
postulare concedi sibi legitima sua.
Volentes igitur hanc quoque gentem quietam
esse statuentes iudicavimus templum
restitui illis · ut agerent secundum maiorum
suorum consuetudinem · Bene igitur feceris si mi-
seris ad eos et dexteram dederis ut cogni-
ta nostra voluntate bono animo sint et
utilitatibus propriis deserviant · Ad iu-
deos autem regis epistola erat · Rex antio-
chus senatui iudeorum et ceteris iudeis
salutem · Si valetis sic estis ut volumus
sed et ipsi bene valemus · Adiit nos menela-
us dicens velle vos descendere ad ve-
stros qui sunt apud nos · His igitur qui com-
meant usque ad diem tricesimum mensis

xandici dantes dexteras securitatis ut
iudei utantur cibis et legibus suis sicut et
prius. et nemo illorum ullo modo molestiam
patiatur de his que per ignorantiam ge
sta sunt. Misimus autem et menelaum qui uos
alloquatur. ualete. Anno .c.xl.viii. xan
dici mensis .xv.a die. Miserunt etiam
romani epistolam ita se habentem. Quin
tus memmius et titus et manilius legati ro
manorum populo iudeorum salutem. De his
que lisias cognatus regis concessit uobis
et nos concessimus. De quibus autem ad regem
iudicauit deferendum. confestim aliquem mit
tite diligentius inter uos conferentes.
ut decernamus sicut congruit uobis. Nos
enim antiochiam accedimus. Ideoque fe
stinate rescribere ut nos quoque sciamus
cuius estis uoluntatis. Bene ualete.
Anno .c.xl.viii. xv.a die XII
mensis xandici. His factis
pactionibus lisias pergebat ad regem.
Iudei autem agriculture operam dabant.
Sed hii qui resederant tymotheus et a
pollonius gennei filius. sed et ieronimus
et demofon super hos et nicanor cipriar
ches non sinebant eos in silentio agere
et quiete. Ioppite uero tale quoddam fla
gitium perpetrarunt. Rogauerunt iudeos cum
quibus habitabant ascendere scafas quas
parauerant cum uxoribus et filiis. quasi
nullis inimiciciis inter eos subiacentibus.
Secundum commune itaque decretum ciuitatis
et ipsis acquiescentibus pacisque causa nichil
suspectum habentibus cum in altum processissent
submerserunt non minus .cc. Quam crudeli
tatem iudas in sue gentis homines factam
ut cognouit. precepit uiris qui erant cum ipso. et
inuocato iusto iudice deo uenit aduersus
interfectores fratrum. Et portum quidem noctu
succendit. scafas exussit. eos autem qui ab ig
ne refugerant gladio peremit. Et cum hec
egisset discessit quasi iterum reuersurus. et uniuer
sos ioppitas eradicaturus. Sed cum cognouis
set et eos qui erant in iamnia uelle pari
modo facere habitantibus secum iudeis iam
nitis quoque nocte superuenit. et portum cum nauibus
succendit. ita ut lumen ignis pareret ie
rosolimis ab stadiis .cc.xl. Inde cum iam ab
issent nouem stadiis et iter facerent ad
tymotheum. commiserunt cum eo arabes
.v. milia uiri. et equites .d. Cumque pug
na ualida fieret. et auxilio dei prospere cessisset. re
sidui uicti arabes petebant a iuda dex
tras sibi dari. promittentes pascua da
turos. et in ceteris profuturos. Iudas autem
arbitratus uere in multis eos utiles pro
misit pacem. Dextrisque acceptis disces
sere ad tabernacula sua. Aggressus est autem
et ciuitatem quandam firmam pontibus mu
risque circumseptam. que a turbis habitabatur
gentium promiscuarum cui nomen chaspin.
Hii uero qui intus erant confidentes in sta
bilitate murorum et apparatu alimoniarum
remissius agebant. maledictis lacessen
tes iudam. ac blasphemantes et loquentes
que fas non est. Machabeus autem inuocato magno
mundi principe qui sine arietibus et ma
chinis temporibus iesu precipitauit iericho
muros. irruit ferociter muris. Et capta ciuita
te per domini uoluntatem innarrabiles cedes
fecit. ita ut adiacens stagnum stadiorum
duorum latitudinis sanguine interfectorum
fluere uideretur. Inde discesserunt stadia
septingenta .l. et uenerunt in caratha ad eos
qui dicuntur tubianei iudeos. Et tymo
theum quidem in illis locis non comprehenderunt.
nulloque negotio perfecto regressus est.
relicto in quodam loco firmissimo presidio.

Dositheus aũ ꝛ sosipat qui erant du
ces cum machabeo: peremerunt a thi
motheo relictos in p̄sidio · x · milia ui
ros · At machabeus ordinatis ċcũ se
sex milibꝫ ꝛ constitutis p cohortes · adũ
sus tymotheũ p̄cessit · hñtem secum
c · xx · milia peditum · equitũq; duo
milia d̄. Cognito aũ iude aduentu:
tymotheus p̄misit mulieres ꝛ filios
ꝛ reliquũ apparatum ĩ p̄sidiũ qd̄ car
nio d̄r. Erat enĩ ĩexpugnabile ꝛ ac
cessu difficile: ꝓp locoꝝ angustias. Cũ
q; cohors iude prima appãruisset · timor
hostibꝫ incussus ē ex p̄sentia dĩ qui
uniũsa cõspicit ꝛ in fugam uũsi s̄ alius
ab alio · ita ut magis a suis deicerentur:
ꝛ gladioꝝ suoꝝ ictibꝫ debilitarentur.
Judas aũ uehementer instabat puni
ens p̄fanos · ꝛ p̄strauit ex eis · xxx ·
milia uiroꝝ. Ip̄e uero thimotheus in
cidit in ptes dosithei ꝛ sosipatris. Et
multis p̄cibꝫ postulabat ut uiuus
dimitteretur · eo qd̄ multoꝝ ex iudeis
parentes h̃ret ac fr̃es: quos morte eius
decipi eueniret. Et cũ fidē dedisset re
stituꝝ se eos sc̄dm constitutũ illesũ
eum dimiserunt ꝓp fr̃m salutẽ. Juda
aũ egressus ē ad carnion · interfectis ·
xxv · milibꝫ. Post hoꝝ fugam ꝛ nece
mouit exercitum ad effron ciuitatẽ
munitã in q̄ multitudo diũsaꝝ gen
tiũ h̃itabat · ꝛ robusti iuuenes p mu
ris consistentes · fortitẽ repugnabant.
In hac aũ machine multe ꝛ teloꝝ
erat apparatus. Sꝫ cũ oĩpotentẽ inuo
cassent qui p̄tate uires hostiũ confre
git · ceperunt ciuitatẽ ꝛ ex eis qui intus
erant · xx · milia p̄strauerunt. Jnde
ad ciuitatẽ scytaꝝ abierunt: que ab

ierusalem · dc · stadijs aberat. Contestã
tibꝫ aũ hiis qui ap̄ scytopolitas erãt
iudeis qd̄ benigne h̃rentur ab eis · ꝛ
temporibꝫ infelicitatis · ꝛ qd̄ modeste
secum egerint gr̃as agentes eis · ꝛ
exhortati etiam de cetero erga genus
suũ benignos eẽ: uenerunt ierlmam
die sollempni septenoꝝ instante. Et ‹septimanarum›
post pentecosten: abierunt cõt gorgiã
p̄positum ydumee. Exiuit aũt cũ
peditibꝫ tribꝫ milibꝫ ꝛ equitibꝫ · ccc ·
Quibꝫ congressis: contigit paucos ruere
iudeoꝝ. Dositheus uero quidã de bachenoris eques
uir fortis gorgiam tenebat. Et cum
uellet illũ cape uiuũ: eques quidã
de tracibꝫ irruit ĩ eum: humerũ q;
eius amputauit. Atq; ita gorgias
fugit ĩ marissã. At illĩ q̄ cũ hesdrim
erant diutius pugnantibꝫ
ꝛ fatigatis: inuocauit dñm iudas ad
iutorem ꝛ ducẽ belli fi. Incipiens
uoce patria · ꝛ cum ymnis clamorem
extollens: fugam gorgie militibꝫ
incussit. Judas aũ congregato exercitu
uenit ĩ ciuitatẽ odollam. Et cũ sep
tima dies superueniret · sc̄dm consue
tudinẽ purificati ĩ eodẽ loco sabbatum
egerunt. Et sequẽti die uenit cum suis
iudas · ut corpa p̄stratoꝝ tolleret · et
cum parentibꝫ poneret in sepulchris pa
trꝫ. Inuenerunt aũ sb̄ tunicis inter
fectoꝝ de donarijs ydoloꝝ q̄ apud
iamniã fuerũt · a quibꝫ lex p̄hibet
iudeos. Omnibꝫ ergo manifestum ē
factũ: ob hanc cãm eos corruisse. Oẽs
itaq; benedixerunt iustũ iudiciũ dñi
qui occulta fecit manifesta. Atq; ita
ad p̄ces conũsi rogauerunt · ut id q̄ fc̄m
erat delictum obliuioni traderetur.

At vero fortissimus iudas hortabatur populum
conservare se sine peccato. sub oculis videntes que
facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt.
Et facta conlatione xii. milia dragmas
argenti misit ierosolimam offerri pro peccato
sacrificium bene et religiose de resurrecti
one cogitans. Nisi enim eos qui cecide
rant resurrecturos speraret. superflu
um videretur et vanum orare pro mor
tuis. Et quia considerabat quod hii qui cum
pietate dormitionem acceperant opti
mam haberent repositam gratiam. Sancta ergo
et salubris est cogitatio pro defunctis
exorare. ut a peccatis solvantur.

XIII

Anno centesimo xl. nono. cognovit iu
das antyochum eupatorem ve
nire cum multitudine adversus iudeam.
et cum eo lisiam procuratorem et prepositum
negotiorum. secum habentem peditum. cx.
milia. et equitum. v. milia. et elefantos
xx. duos. currus cum falcibus. ccc. Com
miscuit autem se illis et menelaus. et cum
multa fallacia deprecabatur antyochum
non pro patrie salute. sed sperans se constitui
in principatum. Sed rex regum suscitavit
animos antyochi in peccatorem. et suggerente
lysia hunc esse causam omnium malorum. iussit
ut eis est consuetudo comprehensum in eodem lo
co necari. Erat autem in eodem loco turris
l. cubitorum aggestum undique habens ci
neris. Hec prospectum habebat in preceps.
Inde in cinerem deici iussit sacrilegum omnibus
eum propellentibus ad interitum. Et tali
lege prevaricatorem legis contigit mo
ri. nec terre dari menelaum. Et quidem
satis iuste. Nam quia multa erga aram
dei delicta commisit. cuius ignis et cinis
erat sanctus. ipse in cineris morte dampnatus
est. Sed rex mente effrenatus veniebat
nequiorem se iudeis ostensurus. Quibus iudas
cognitis. precepit populo ut die ac nocte dominum
invocarent. quo sicut semper ita et nunc ad
iuvaret eos. quippe qui lege et patria
sancto quoque templo privari vererentur. ac populum
qui nuper paululum respirasset. non sineret
blasphemis rursus nationibus subdi. Omnibus
itaque id simul facientibus et petentibus
a domino misericordiam cum fletu et ieiuniis per
triduum continuum prostratis. hortatus est eos
iudas ut se prepararent. Ipse vero cum senioribus
cogitavit. prius quam rex admoveret exerci
tum ad iudeam. et obtineret civitatem ex
ire. et domini iudicio committere exitum rei.
Dans itaque potestatem omnium domino mundi
creatori. et hortatus suos ut fortiter di
micarent. et usque ad mortem pro legibus tem
plo. civitate patria. et civibus starent. cir
ca modin exercitum constituit. Et dato sig
no dei victorie iuvenibus fortissimis
electis. nocte aggressus aulam regiam in
castris. interfecit viros duo milia. et maximum
elefantorum cum hiis qui superpositi erant.
Summoque metu ac perturbatione hostium
castra replentes. rebus prospere gestis abie
runt. Hoc autem factum est die lucescente. ad
iuvante eum domini protectione. Sed rex ac
cepto gustu audacie iudeorum. arte difficul
tatem locorum temptabat. et bethsure que erat
iudeorum presidium munitum castris admo
vebat. sed fugabatur impingebat et minu
ebatur. Hiis autem qui intus erant iudas
necessaria mittebat. Enuntiavit autem
mysteria hostibus rodocus quidam de iudaico
exercitu. qui requisitus comprehensus conclusus est.
Iterum rex sermonem habuit ad eos qui erant
in bethsuris. dextram dedit. accepit. abiit.
commisit cum iuda superatus est. Ut autem co
gnovit rebellasse philippum antyochie

qui relictus erat super negotia, mente
consternatus, Iudaeos deprecatus subditus
que eis: iurat de omnibus quibus iustum
visum est. Et reconciliatus obtulit sa
crificium, honorificavit templum, et mu
nera posuit. Machabaeum amplexatus
est, et fecit eum a Ptolomaide usque Ger
renos ducem et principem. Venit autem Pto
lomaidam: graviter ferebant Ptolo
menses amicitiae conventionem, indi
gnantes ne forte foedus irrumperent.
Tunc ascendit Lysias tribunal, et expo
suit rationem, et populum sedavit, regressus
que est Antiochiam. Et hoc modo regis
profectio et reditus processit.

XIIII

Sed post triennii tempus cognovit Iu
das, et qui cum eo erant, Demetri
um Seleuci cum multitudine valida et
navibus per portum Tripolis ascendisse ad
loca opportuna, et tenuisse regiones
adversus Antiochum, et eius ducem Lysiam.
Alcimus autem quidam, qui summus sacer
dos fuerat, sed voluntarie coinquinatus est
temporibus commixtionis, considerans nullo
modo sibi esse salutem, neque accessum ad alta
re, venit ad regem Demetrium c. l. anno:
offerens auream coronam et palmam, super haec
et thallos qui templi esse videbantur. Et ipsa
quidem die siluit. Tempus autem opportunum
dementiae suae nactus, convocatus a De
metrio ad consilium, et interrogatus quibus rebus
et consiliis Iudaei niterentur, respondit: Ipsi
dicuntur Assidaei Iudaeorum, quibus praeest Iudas
Machabaeus, bella nutriunt et seditio
nes movent, nec patiuntur regnum esse
quietum. Nam et ego defraudatus paren
tum gloria, dico autem summo sacerdotio,
huc veni: primo quidem utilitatibus
regis fidem servans, secundo etiam autem civi
bus consulens. Nam illorum pravitate uni
versum genus nostrum non minime vexa
tur. Sed his singulis, oro, rex cognitis,
et regioni et regno secundum vulga
tam humanitatem tuam omnibus prospi
ce. Nam quamdiu superest Iudas, im
possibile est pacem esse negotiis. Tali
bus autem ab eo dictis, et ceteri amici hosti
liter se agentes adversus Iudam, inflam
maverunt Demetrium. Qui statim Nica
norem praepositum elephantorum ducem
misit in Iudaeam: datis mandatis, ut
ipsum quidem Iudam caperet, eos vero qui
cum illo erant dispergeret, et constitueret
Alcimum maximi templi summum
sacerdotem. Tunc gentes quae de Iudaea fuge
rant Iudam, gregatim se Nicanori
miscebant, miserias et clades Iudae
orum prosperitates rerum suarum existi
mantes. Audito itaque Iudaei Nicano
ris adventu, et conventu nationum,
conspersi terra rogabant eum qui populum
suum constituit in aeternum, quique suam por
tionem signis evidentibus protegit. Im
perante autem duce, statim inde move
runt, et convenerunt ad castellum Dessau.
Simon vero frater Iudae commiserat cum Nica
nore, sed conterritus est repentino adven
tu adversariorum. Nicanor tamen audiens
virtutem comitum Iudae, et animi ma
gnitudinem quam pro patriae certaminibus
habebant, sanguine iudicium facere metu
ebat. Quam ob rem praemisit Posidonium
et Theodotium et Matthiam, ut darent
dextras atque acciperent. Et cum diu de
his consilium haberetur, et ipse dux ad mul
titudinem retulisset, omnium una fuit sen
tentia amicitiis annuere. Itaque diem
constituerunt quo secreto inter se agerent: et sin

gulis selle posite sunt et posite. Precepit autem
iudas armatos esse locis oportunis ne
forte ab hostibus repente mali aliquid
oriretur. Et congruum colloquium fecerunt.
Morabatur autem nicanor ierosolimis: et
nichil inique agebat. gregesque turbarum
que congregate fuerant dimisit. Habebat
autem semper iudam carum et ex animo:
et erat viro inclinatus. Rogavit autem
eum ducere uxorem: filiosque procreare.
Et nuptias fecit quiete egit: communi-
terque vivebant. Alchimus autem videns
caritatem illorum ad invicem et conventiones
venit ad demetrium et dicebat nica-
norem rebus alienis assentire: iudamque
regni insidiatorem successorem sibi de-
stinasse. Itaque rex exasperatus et pessi-
mis huius criminationibus irritatus scripsit
nicanori. dicens graviter quidem se ferre
de amicitie conventione: iubere tamen ma-
chabeum citius vinctum mittere antiochiam.
Quibus cognitis. nicanor consternaba-
tur. et graviter ferebat. si ea que convenerant
irrita faceret [illegible] nichil lesus a viro. Sed quia re-
gi resistere non poterat: oportunitatem obser-
vabat. qua preceptum perficeret. At ma-
chabeus videns austerius secum agere
nicanorem et consuetum occursum ferocius
exhibentem intelligens non ex bono esse
austeritatem istam: paucis suorum congrega-
tis. occultavit se a nicanore. Quod cum
ille cognovit fortiter se a viro preventum
venit ad maximum et sanctissimum templum:
et sacerdotibus solitas hostias offerentibus:
iussit sibi tradi virum. Quibus cum iuramen-
to dicentibus nescire se ubi esset qui que-
rebatur: extendens manum ad templum
iuravit. Nisi michi vinctum iudam tradi-
deritis. istud dei fanum in planitiem dedu-

cam. et altare effodiam: et templum hoc
libero patri consecrabo. Et hiis dictis abiit.
Sacerdotes autem protendentes manus in celum
invocabant eum qui semper propugnator esset
gentis ipsorum hec dicentes. Tu domine universi-
tatis qui nullius indiges. voluisti templum
habitationis tue fieri in nobis. Et nunc sancte
sanctorum omnium domine conserva in eternum impollu-
tam domum istam: que nuper mundata est.
Razias autem quidam de senioribus ab ierosoli-
mis delatus est nicanori vir amator
civitatis et bene audiens: qui pro affectu iudeo-
rum pater appellabatur. Hic multis temporibus
continentie propositum tenuit in iudaismo:
corpusque et animam tradere contentus pro perseveran-
tia. Volens autem nicanor manifestare
odium quod habebat in iudeos. misit milites
quingentos ut eum comprehenderent. Putabat enim si
illum decepisset. sese cladem maximam iude-
is illaturum. Turbis autem irruere domum eius
et ianuam disrumpere atque ignem admovere
cupientibus. cum iam comprehenderetur gladio
se petiit. eligens nobiliter mori. potius quam
subditus fieri peccatoribus et contra natales suos
indignis iniuriis agi. Sed cum per festi-
nationem non certo ictu plagam dedisset.
et turbe intra hostia irrumperent. recur-
rens audacter ad murum precipitavit se-
metipsum viriliter in turbas. Quibus velociter
locum dantibus casui eius. venit per medi-
am cervicem. Et cum adhuc spiraret. ac-
census animis surrexit. Et cum sanguis
eius magno fluxu deflueret. et gravissimis
vulneribus esset saucius. cursu turbam
pertransiit. et stans supra petram quandam
preruptam. et iam exsanguis effectus
complexus intestina sua. utrisque manibus
proiecit super turbas. invocans dominatorem
vite ac spiritus. ut hec illi redderet iterum. atque

ita uita defunctus est. XV

Nicanor autem ut comperit iudam esse
in locis samarie: cogitauit die sab
bati cum omni impetu committere. Iudeis
uero qui illum per necessitatem sequebantur
dicentibus: ne ita ferociter et barbare fe
ceris. sed honorem tribue diei sanctificatio
nis. et honora eum qui uniuersa conspi
cit. At ille infelix interrogauit si est
potens in celo qui imperasset agi diem
sabbatorum. Et respondentibus illis. est dominus uiuus
ipse in celo. qui iussit agi diem septimam.
At ille ait. Et ego potens sum super terram
qui impero sumi arma: et negotia regis
impleri. Tamen non obtinuit: ut consilium
perficeret. Et nicanor quidem cum summa su
perbia erectus: cogitauerat commune tro
pheum de iuda statuere. Machabeus
autem confidebat semper cum omni spe auxilium
sibi a domino affuturum. et hortabatur suos ne
formidarent aduentum nationum. sed in
mente haberent adiutoria sibi facta de celo: et
nunc sperarent ab omnipotente sibi affuturam
sibi uictoriam. Et allocutus illos de lege et
prophetis. admonens etiam certamina que
fecerant prius. promptiores eos constituit. Et
ita animis eorum erectis simul ostendens
gentium fallaciam et iuramentorum preuarica
tionem singulos autem illorum armauit non clip.
pei et haste munitione. sed sermonibus opti
mis et exhortationibus: exposito digno fi
de somnio. per quod uniuersos letificauit. Erat
autem huiusmodi uisus. oniam qui fuerat
summus sacerdos uirum bonum et benignum ue
recundum uisu. modestum moribus et eloquio
decorum. et qui a puero in uirtutibus exercitatus
sit: manus pretendentem orare pro omni populo
iudeorum. Post hec apparuisse et alium uirum etate
et gloria mirabilem et magni decoris ha

bitudine circa illum: respondentem uero oniam
dixisse. Hic est fratrum amator et populi israel.
Hic est qui multum orat pro populo et uniuer
sa ciuitate. ieremias propheta dei. Extendisse autem
ieremiam dexteram: et dedisse iude gladium
aureum dicentem. Accipe gladium sanctum
munus a deo in quo deicies aduersarios
populi mei israel. Exhortati itaque iude ser
monibus bonis ualde: de quibus extolli
posset impetus et animi iuuenum confortari.
statuerunt dimicare et confligere fortiter:
ut uirtus de negotiis iudicaret: eo quod ci
uitas sancta et templum periclitarentur. Erat
enim pro uxoribus et filiis. itemque pro fratribus et
cognatis minor sollicitudo: maximus
uero et primus pro sanctitate timor erat templi.
Sed et eos qui in ciuitate erant non minima
sollicitudo habebat pro his qui congressuri
erant. Et cum iam omnes sperarent iu
dicium futurum hostesque adessent atque exercitus
esset ordinatus. bestie equitesque oppor
tuno in loco compositi. considerans macha
beus aduentum multitudinis et apparatum
uarium armorum ac ferocitatem bestiarum: ex
tendens manus in celum prodigia facien
tem dominum inuocauit: qui non secundum armo
rum potentiam. sed prout ipsi placet dat di
gnis uictoriam. Dixit autem inuocans hoc mo
do. Tu domine qui misisti angelum tuum sub ezechia
rege iude: et interfecisti de castris senna
cherib. c. lxxxv. milia. Et nunc dominator
celorum mitte angelum tuum bonum ante nos
in timore et tremore magnitudinis bra
chii tui. ut metuant qui cum blasphe
mia ueniunt aduersus sanctum populum tuum.
Et hic quidem ita orauit. Nicanor autem
et qui cum ipso erant: cum tubis et canticis ad
mouebant. Iudas autem et qui cum eo erant
inuocato deo per orationes congressi sunt. Manu

quidem pugnantes sed cordibus dominum orantes prostrauerunt non minus xxxv. milia presentia dei magnifice delectati. Cumque cessassent et cum gaudio redirent cognouerunt nicanorem ruisse cum armis suis. Facto itaque clamore et perturbatione excitata patria uoce omnipotentem dominum benedicebant. Precepit autem iudas qui per omnia corpore et animo mori pro ciuibus paratus erat caput nicanoris et manum cum humero abscisam ierusalem perferri. Quo cum peruenisset conuocatis contribulibus et sacerdotibus ad altare accersiit et eos qui in arce erant et ostendit caput nicanoris et manum nefariam quam extendens contra domum sanctam omnipotentis dei magnifice gloriatus est. Linguam etiam impii nicanoris precisam iussit particulatim auibus dari manum autem dementis contra templum suspendi. Omnes igitur celi dominum benedixerunt dicentes. Benedictus deus qui locum suum incontaminatum conseruauit. Suspendit autem nicanoris caput in summa arce ut euidens esset et manifestum signum auxilii dei. Itaque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate preterire. habere autem celebritatem xiii. die mensis adar quod dicitur uoce syriaca pridie mardochei diei. Igitur his erga nicanorem gestis et ex illis temporibus ab hebreis ciuitate possessa ego quoque in his finem faciam sermonis. Et siquidem bene et ut hystorie competit hoc et ipse uelim. Sin autem minus digne concedendum est mihi. Sicut enim uinum semper bibere aut semper aquam contrarium est. alternis autem uti delectabile ita legentibus si semper exactus sit sermo non erit gratus. Hic ergo erit consummatus. Explicit

Liber machabeorum ij. Incipit prologus beati Ieronimi presbiteri super euangelistas. Incipit prologus primus.

Nouum opus me facere cogis ex ueteri ut post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam. Et quia inter se uariant que sint illa que cum greca consentiant ueritate decernam. Pius labor sed periculosa presumptio iudicare de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum senis mutare linguam et canescentem mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter uel indoctus cum in manus sumpserit uolumen et a saliua quam semel inbibit uiderit discrepare quod lectitat non statim erumpat in uocem me falsarium me clamitans esse sacrilegum qui audeam aliquid in ueteribus libris addere mutare corrigere. Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur. Quod et tu qui summus sacerdos es fieri iubes. et uerum non esse quod uariat etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda respondeant quibus. tot sunt pene exemplaria quot codices. Sin autem ueritas est querenda de pluribus cur non ad grecam originem reuertentes ea que uel a uitiosis interpretibus male edita uel a presumptoribus imperitis emendata peruersius uel a librariis dormitantibus aut addita sunt aut mutata corrigimus. Neque uero ego de ueteri disputo testamento quod a septuaginta senioribus in grecam linguam uersum tercio gradu ad nos usque peruenit. Non quero quid aquila quid symmachus sapiant. quare theodotion inter nouos et ueteres medius incedat.

Expl. lib. machab. ij. Incipit prologus beati Ieronimi presbiteri super euangelistas. Incipit prologus primus.